Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



9) Tacitus Hist. l. 1, c. 51, 57, et l. 3, c. 5; ubi: Trahuntur in partes sido atque Italicus, reges Suevorum, quibus obsequium erga Romanos et gens fidei commissæ patiens; opposita in latus auxilia, infesta Rætia, cui Porcius Septimius Procurator erat, incorruptæ in Vitellium fidei. Igitur Sextilius Felix cum ala Tauriana et octo cohortibus, ac Noricorum juventute ad occupandam ripam Oeni fluminis, quod Rætos Noricosque interfluit, missus (nempe a Vespasiano imperium affectante) nec his antillis prælium tentantibus, fortuna partium alibi transacta.

10) Eutropius l. 7.

11) Tacitus Hist. l. 4, c. 70.

12) Suetonius in Domitiano c. 6. Xiphilinus in Domitiano.

13) Martialis l. 9 epigr. 86.

14) Eutropius l. 8. Eusebius Hist. l. 3, c. 33: Tanta porro et tam gravis plerisque in locis adversus nostros persecutio tunc temporis sæviebat, ut Plinius Secundus inter provinciarum rectores celeberrimus, motus Martyrum multitudine, ad Principem retulerit de numero eorum, qui fidei causa obtruncabantur. Plinio respondens Trajanus, Christianos quidem requirendos non esse, oblatos vero puniri oportere, rescripsit.

15) Eutropius l. 8.

16) Acta SS. Faustini et Jovitæ apud Surium ad 15 Febr. Item Acta S. Afræ M. Brixianæ apud Henschenium ad Maji 24.

17) Eutropius l. 8.

18) Xiphilinus in Antonino Pio. Hunc Imperatorem in Rætias venisse, suadent quædam monumenta. Et quidem columna apud Veldidenam cum hac inscriptione:

Trib. pot. VIII. Imp. XII. Cos. III. P. P.
Procos. III. Imp. Caes. M. Avrelivs Antoninvs Pivs
Avg. Trib. pot. R. Cos. ---

Et alia columna in alpibus reperta haud procul Oeniponte:

- - - - - - - - - - - - - - - -
Imp. Caes. M. Avre
livs Antoninvs
Pivs Aug.
Trib. pot. Proc.
- - - - - - - - - - - - - - - -

Et reteris Ecclesiæ Veldidenensis, quæ anno 1751 destructa est, limini marmor incumbebat: cui insculptum legebatur:

S. Virgo Maria hic sub IV columnis jam a se-